Actum in Castro Premisliensi Feria sexta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo. ~~1136~~ 1011 1648 3/IV

~~119~~

Sielicki Lubomirskiemu Cedit. 139

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Adamus Sielecki sanus mente et corpore,
existens à terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competens recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Ca-
pitaneali Premisliensi quoad Actum hunc attinet se cum succes-
soribus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie subjiciendo
incorporandoque palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse uti pater et tutor legitimus infrascriptorum liberorum suorum
ac Generosae Elisabeth Domaracka Virginis nomine, eorundem vero
Generosorum Pauli et Annae Sielickich liberorum suorum cum Generosa
olim Sophia Domaradzka procreatorum, Nec non nomine Elisa-
beth Domaracka Virginis, olim Generosi Joannis Domaracki filiae
successorum autem olim Generosi Petri Bieciadecki atque Nobilis
[illegible] Rachlicka, pro quorum ratihabitione Cavet ac se praesens
inscribit de omni et integro iure successionum eorundem praefati Bie-
siadecki et Raplicka liberorum quoque suorum vel de Privilegio
certo per Magnificum olim Raphaelem a Jaroslaw Castellanum Premisliensem
Capitaneum in Przeworsko, Nobili olim Joanni Michalowski fideli
et dilecto suo in recompensationem obsequiorum per ipsum exhibitorum

1444

Super [illegible] in fine suburbij maioris ante [illegible] versus et circa fluvium Mlecka cum agro ipsi prædio annexo cum libertate à Censibus et contributionibus hæredi provenientibus nec non cum molendino Blonski dicto, cum prato infra piscinam ipsi molendino contiguo, ac alio prato ad prædium et agrum supra scriptum spectante, in prato Ostrotska dicto sito, item cum obligatione cmetonum villæ Studzienna ad præfatum molendinum quotiescunque opportunum fuerit

1751.
1012
110

annis perpetuis exercitij laborum et quorumvis grana frumentorum omnium et singulorum molendi, item cum libertate pascuorum tam in sylvis quam in campis Premisliensibus, Insuper cum libertate expeditionis bellicæ equestris et pedestris, nec non etiam cum admissione incisionis in sylvis pro calefactione stubarum et aliorum ignium pro necessitate domestica, roborumque evectione pro erectione Curiæ dominique cum libertate fluvij Mlecka vetibus quibusvis pisces prendendi et obstagia alias tazy locandi dato et benigniter collato aliasque ut hoc idem privilegium de actu et data in Gorliczyna feria tertia ipso die Sancti Michaelis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexto præfatum olim Magnum Castellanum Premisliensem prædicto Nobili Joanni Michalowski et eius successoribus datum permissa in se verius complectitur. Nec non et de bonis præfatis in privilegio specificatis tum etiam de Decreto Tribunali Regni Lublinensi, quo bona præfata prædij molendini ac aliarum attinentiarum præfatis Sielicki et Domaradzkae, tanquam successoribus legitimis et istorum bonorum proprietarijs adiudicata et deoccupari atque in possessionem eorundem proprietariorum tradi ac dimitti iniuncta sunt Insuper et de inscriptionibus quorum actis quibuscunque sive terrestribus sive Castrensibus atque etiam Civilibus Premisliensibus super emptionem agrorum prædiorum fundorum pratorum, ac quorumvis bonorum in suburbijs Premisliensibus consistentium, quocunque nomine nuncupatorum per antecessores præfatorum Sielicki et Domaradzka diversimode, à quibuscunque personis modo quocunque pro quacunque summa pecuniaria quæsitis ratione quorum bonorum prædictorum agrorum et fundorum eodem Decreto Tribunali

Vide finem 365.